



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

§. II. An Episcopus possit onera missarum reducere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

cilium Tridentinum per cap. con-  
cedimus de Consecr. diff. 1.

4 Obseruant 2. per hoc Concilij  
decretum non esse renocatum  
priuilegium Episcopis concessum  
in cap. vlt. de Priuil. in 6. vbi Epi-  
scopis indulgetur, ut possint alta-  
re habere viaticum, & in eo ce-  
lebrare vbi cuncte ita tamen, ut  
non violent interdictum. Nauar.  
conf. 5. de Priuil. & ita declarasse  
Sac. Cong. refert Valer. de differ. in-  
ter utrumque for. ver. missa diff.  
2. vers. haec tamen regula Fagund.  
in quinque Eccles. precept. par. 2.  
lib. 3. cap. 13. num. 19. Armend. in  
Addit. ad Recopil. leg. Nauar. lib. 1.  
tit. 18. l. 7. De Epis. numer. 73. quos  
refert Barbos. loco cit. num. 5. obib.

5 Hoc tamen priuilegio vti non  
possunt in Vrbe Roma, nisi de  
expressa concessione Papæ. Nauar.  
conf. 5. de Priuil. Barbos. & Ricc.  
locis cit. neque etiam in aliena  
6 Dioecesi, si Episcopus illius Dio-  
cesis recepit Concilium Tridenti-  
num, ac suo edicto prohibuit, ne  
quis in suo Episcopatu celebret  
extra loca sacra: quia Episcopi  
auctoritate Concilij prædicti  
possunt statuere quæ sibi vi-  
dentur iusta, & honesta, an  
tamquam delegati oiliis  
Papæ non obstante priuilegijs,  
ut d. Nauar. conf. 5. de  
Priuil.

S. II.

An Episcopus possit onera missarum  
reducere.

7 C oncilium Tridentinum self.  
25. de ref. c. 4. concessit Epi-  
scopis, ut in Synodo Diocesana,  
ac generalibus Ordinum, ut in  
suis Capitulis generalibus exiu-  
sta causa possent onera missarum  
ad minorem numerum reducere;  
quod etiam locum habere in An-  
niversarijs, & officijs pro defun-  
ctis, censuit Sacr. Congr. Concilij  
teste Quarant. in ver. missa & Pia-  
ser. in Prax. Episcop. par. 2. cap. 3.  
num. 15. Immò Episcopos id face-  
re posse etiam absque Synodo, re-  
soluit Nau. cap. 25. nu. 138. Sorb. in  
ver. Missa 3. vers. ubi primi. Posse  
sin. de offic. Curat. cap. 2. num. 25.  
quæst. 9. & alij, quos refert, & fe-  
guitar Barbos. de offic. & pot. Epis.  
par. 2. all. 29. num. 15. vbi dicunt,  
quod hæc facultas eis cōpetit de  
iure communi, contra Bonacin.  
& alios per eum relatos in tract. de  
Sacram. disp. 4. q. vlt. pun. 7. f. 2. n. 9.  
secus dicendum est de Generali-  
bus ordinum, nam quoad eos Cō-  
cilium ius nouum constituit, &  
ideò huiusmodi reductionem fa-  
cere non possunt, nisi in Capitu-  
lis generalibus, ut dicunt Nau.  
& alij DD. supra citati, & alij  
apud Dian. par. 1. tract. 14. ref. 4.

8 Obseruant tamen Doctores,  
quod hæc facultas Episcopis, &  
Generalibus ordinum concessa  
intelligitur tantum de onere Mis-  
sarum ante Concilium Tridenti-

P. 2. num.



num imposito, ut censuit Sacr. Cong. teste Gare de benef. par. 7. c. 1. n. 132. Sorb. in ver. missa 3. vers. secundum notandum Dian. par. 1. tr. 14. ref. 2. & ideo non possunt reducere onera villa Missarum celebranda rum post concilium Tridentinum imposita, aut in limine fundationis, ut declarauit Sac. Cong. Conc. teste Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 2. all. 29. n. 16. & post 3. p. eiusdem tract. fol. 58. vers. ac primo districte prohibet Bonac. de Sacra. disp. 4. q. vlt. pun. 7. §. 2. n. 10. & seq. Piasec. in Prax. par. 2. c. 3. n. 31. Dian. par. 1. tract. 14. ref. 1.

9 Addit Barbos. loo9 cit. n. 8. Bonac. in d. q. vlt. pun. 7. §. 4. n. 4. & alij, posse Episcopum ex iusta causa concedere, ut Missa in alia ecclesia, & in alio Altare celebretur, si nequeat celebrari in loco consti- tuo.

## SV MMARIVM.

- 1 In ecclesia Cathedrali facinetur Episcopus predicare, in alijs per Parochos hoc munus est exercendum.
- 2 Quia pena puniatur Parochus omittens praedicationis officium.
- 3 An Parochus possit dare licentia predicandi in sua Parochia.
- 4 Qui teneantur ad praestandum stipendium, vel expensas Predicatori.
- 5 In quo casu ad id teneatur Parochus, vel Populus.
- 6 Cui competit ius eligendi predicatorum.
- 7 An in hoc sit attendenda immemorabilis consuetudo nominan-

di, vel presentandi, ut multo  
8 An si Episcopus elegere voluerit,  
il possit compellere populum ad so-  
litam elemosinam praestandam,  
& num. 9.

**CAP. XI. V. b. viii. 10.**

**De munere euangelica prædi-  
cationis.**



N eccl esia Cathedrali Episcopus per seipsum, si legitimè impeditus non fuerit, ad prædicandum sanctum Iesu Christi euangelium tenetur; si vero legitimo detineatur impedimento, viros idoneos ad hoc officium exequendum assu mere debet c. Episcopus nullum rei 88. dist. cap. inter cæteria de offici ordin. Conc. Tridentinum sess. 5. de ref. cap. 2. & sess. 2. de ref. cap. 4. in alijs vero ecclesijs per Parochos, siue eis impeditis, per alios ab Episcopo depùtandos idem prædications munus est exercendum, ut in d. sess. 2. cap. 4.

Sed quæres 1. qual pena punie-  
dus sit Parochius, qui omittit pre-  
dications officium? Responde quod pena arbitraria punitur, cum in Co-  
cilio loco citato certa pena non  
exprimatur cap. de causis, ubi DD.  
de offic. deleg.

Quæres 2. an Parochus possit dare  
licentia predicandi in sua Parochia?  
Respondent Henr. Mirand. &  
alij apud. Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 76. n. 26. Dian. p. 3. tr.  
2. ref. 111. quod potest Parochus vi-  
ro docto, & noto siue seculari, siue  
regulari etiam nondum præsenta-

to